

## **C. Iulius SOLINUS**

### **Polyhistor**

Cap.XXX De Africa

Aversi coenunt, nec hi tantum: sed et lynces, et cameli, et elphanti, et rhinocerotes, et tigrides.

Cap.43 De Aethiopia

Ante ludos Cnei Pompeii Rhinocerota Romana spectacula nesciebat. Cui bestie color buxeus, in naribus cornu unicus & repandu, quod subinde attritum cautibus in mucronem excitat, eoque adversus elephantos praeliatur, par ipsis prope longitudine, brevior cruribus, naturali telo aluum petens, quam solem intelligit ictibus suis perviam. Iuxta Nigria fluvium Catoblepa nascitur modica, atque iners bestia. Caput pergrave aegre ferens, adspecta pestilenti. Nam qui in oculis eius offenderint, protinus vita exeunt.